



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Varia quibus Coci utuntur ad parandos cibos.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

Geta Imperator apposuit integrum alphabetum ferculorum, erat tunc facilè fieri litteratum, cùm litteræ devorantur. Scribitur in ejusmodi litteratum tyrocinio in charta bibula & maculatoria juxta illud in Ep. Judæ v. 12. & 13. *Hic sunt in epulis suis macule convivantes sine timore [vel reverentiâ erga Deum & homines] semetipso pascentes, despumantes suas confusiones physicè & moraliter. Corpus crapula, mentem libidine, convivas obscenis verbis & aspectibus aut pestiferis principiis inficientes. Honestata sint casta & frugalia convivia tua cum amicis Deum timentibus, ut Patriarcharum olim fuerunt ; excessus in iis sicut culpandus est, ita & defectus, si instigeris ab avaritia. Et in hunc sentum dicitur Eccl. 2. Quid proderit homini de universo labore suo. Cumq[ue] dies ejus erumpni pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Nonne melius est comedere & bibere, & ostendere anima sua bona de laboribus suis, & hoc de manu Dei ?*

Varia quibus Ceci intuntur ad parandos cibos.

*Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea,
& labiis exultationis laudabilis os meum. Ps.
67. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, trans-
fierunt in affectionem cordis. Ps. 72. Butyrum & mel
comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bo-
num. Is. 7. Id est, nutritur Salvator ad ostendendum,
quod verum corpus humannum as-
sumperit, cibis infantilibus, ita ut per expe-
rimentalem scientiam gustu nōrit discernere ci-*

246 *Pars secunda de elevatione*
bos bonos , & palato gratos ab ingratis & ma-
lis , item res alias bonas crescente ætate sciat di-
stinguere à malis. *Impinguasti in oleo caput me-*
um , Et calix meu inebrians quām preclarus est!
Ps. 12. V. g. in epulo Eucharistico. Pones ei
in ciborum ignis in tempore vultus tui (eos con-
demnantis) Dominus in ira sua conturbabit eos ,
& devorabit eos ignis. Ps. 20. Scilicet sicut ligna
in accenso cibano. In igne probatur aurum &
*argentum , homines verò (in cælum) receptibi-
les in camino humilationis. Eccl. 2. Quia hæc est*
*moneta in & pro cælo valens. Si esurieris ini-
micus tuus , ciba illum. Si sitit , potum da illi.*
Hoc enim faciens carbones ignis congregabis super
*caput ejus (Quanquam tale malum ei imprecari
non debeas , sed etiam affectu vincere in bono
malum) nolivinci à malo , sed vince in bono ma-
lum. Rom. 12.*

Instrumenta Coquorum.

Cultri , fascinulae , lebetes , olla.

Fac tibi cultrös lapideos (cote acutos , non
enim necesse erat semper adhiberi lapideos)
& circumcidē secundo filios Israël. Jos. 5. Id est ,
instaura morem circumcidendi semper conti-
nuatum usque ad exitum ex Ægypto. Et hinc
ad primum ingressum terræ promissæ voluit
Deus necdum circumcisos circumcidī. Sic mo-
raliter circumcidī debet quoad passiones & af-
fectiones malas ex sæculo ingrediens religionem ,
sacros